

2047

C O D I C E S

2048

schen Confession wider das Babstumb gestellt sein. C. 5. Entdeckt die Artickel vnnnd Punkten, In welchen die Lutheraner, fürnemblich mit den Bábstlern concordiren vnnnd irren. C. 6. Erzelet die strittige vnnnd spalttige Artickel der Confessionisten. C. 7. Ercleret die Artickel vnnnd Punkten Augustanae Confessionis, welche die Confessionisten selbs nicht balten. C. 8. Beweiset, was für Artickel in der Augspurgischen Confession Irrig vnnnd falsch sein. C. 9. Specificiert, was für nöttige Punkten vnnnd Artickel in der Augspurgischen bekanntnus aufgelaßen. C. 10. Helt in sich den beschluß von heiliger Schrift, vnnnd von der Augsp. Con. in einem gegensatz. Capituli I. initium est: Doctor Martinus Luther schreibt mer dan an einem ort &c. Scholae Tigurinae aut Heidelbergensis Doctorem ex adlatis suspicetur aliquis, sed Cap. 8. ubi de Baptismo agitur, Anabaptistam se manifestat Autor; ita enim inter alia, nobis fol. 216. scribit: Last aber die Pedobaptisten anzaigen, wo Inen Christus beuolhen hab mit wiegen khindern zu handlen in der kirchen, So das Evangelium nit bören, des Catechismi nit begrifflich sein, und Ibren glauben vor der Kirchen nit bekennen &c. Virum doctum fuisse neceffe est, quisquis demum fuerit; opus enim typis unquam in manus plurium venisse, vix mihi persuadeo.

DXXXVI.

Codex chartaceus germ. Sec. 114 XVII. Folior. 159. f. fitu magnam partem vitiatum continet Hermanni vom Busch, non Westphali illius dicti Pastophili, sed Civis Lubecensis ἀνορθόδοξου fanatici Opuscula bina Theologica, quorum primum ad Fratres Crucis (Kreuzbrüder) agit de Coelesti, ut vocat, Cancellaria, in qua Deus Pater Filium Cancellarium, et Spiritum sanctum Procancellarium constituit. Incipit: Dieses nachfolgende habe ich im namen der hochgelobten heiligen Dreyfaltigkeit zu schreibende angefangen anno 1625. den 1. Septembris. Vnd soll dieses, wo ferne es dem almechtichsten herren belieben wirt, mein letzete schreiben sein, den ich kban nicht böger kommen. Ait se isthaec, ut in mentem venere, chartae commisisse, magnae afflictionis et exilii tempore, Rhetoricae et Dialecticae expertem; miscet tamen frequenter latina, etiam Poetarum. In Opusculo ipso SS. Triadi dicato quadrata rotundis miscet, vehementerque in Calvinianos insurgit. Clausula est: Raptem Lubeck den 21. Januarij Anno 15(6)26. Anno 1564 bin ich geboren, den 21 Januarij, als habe ich dieses auff meinen geburtstag geschlossen Etatis 62, Auxilium meum tu mihi deus, Herman vom Busch Burger in Lubeck.

Se-

Secundum Opusculum fol. 85. dicatum *Ferdinando II.* Rom. Imp. cui simul et primum transmittit Autor, tractat praecipue *de extremo Judicio.* In Dedicazione subscripta anno regnantis gratiae 1628 *Adi 25 Aprilis* ait *Buschius* de sua methodo: *Vnd schreibe also, was mein Geist mir durch Mischung des Geistes Gottes in meine meditationibus so ich meistheils halte des morgendes fru halte, ein falle solliches notire ich midt auffstehende &c.* Narrat praeterea se a degustata Grammatica ad mercaturam translatum rem probe auxisse, sed interiisse omnia per infidos ministros, naufragia et contracta nomina, maxime *Unius culpa*, de quo lepide: *weiln ich mich nicht an ihm rechnen kan, so habe ich die Sach Godt befohlen.* Tractatus ipse in IX. ut vocantur, *Punctula* tributus est, quorum postremi argumentum est novi Coeli, novaeque Terrae post iudicii diem Creatio. Nec *Mollerus* in *Cimbria lit.* nec *Reimannus* in *Bibl. Theol.* ubi de *Scriptis fanaticis* agit, Nostri notitiam habuisse videtur. An ad eos pertinuerit, quos petit *Scriptum Ministerii Lubec. Hamb. et Luneb. Ausführlicher Bericht von den neuen Propheten, die sich Erleuchtete &c. nennen, Lubecae* 1634. dicere non habeo.

## DXXXVII.

95 Codex chartaceus germ. Sec. XVII. scriptus Folior. 137. f.

continet *Libros IV. priores* de XXIV. quos Sec. XVI. *Aegidius Gutmannus* vir *παρεδοξολογος* sub titulo: *Offenbarung göttlicher Majestät*, i. e. Revelatio divinae Majestatis, instar Commentarii in prima 24. Vocabula hebraica C. I. *Libri Geneseos* somniavit, quique typis prodire primum *Hanoviae* 1619. 4. et iterum *Francof. seu Halberst.* 1675. 4. Cura *H. Ammersbachii.* De utraque editione admodum rara, magnoque jam saepius impendio procurata vide *Bibl. Reimman.* P. II. p. 682. et *J. G. Schelbornii Amoenit. lit.* T. III. p. 166. V. p. 293. Res, si *Reimmannum* audias, hoc in Opere *Paracelsisticae, Rosencrucianae, Paradoxicae* sunt. Praefatio admodum prolixa agit de *Bibliotheca*, quam Deus in I. *Geneseos* C. generi humano reliquisse dicitur. Quid contineat, an etiamnum integra sit, an accedi, legique possit. Inter cetera: *Ob nit in einem yeglichen wortt des Ersten Capittels, Ein sonders Buech Gottes, In einer solchen Größe, verfasset sey, Wann dasfällbig nach lengs verzeichnet werden sollte, Das solches Buech, das ganz Europa nit fassen, vilweniger ertragen möchte.* Libro dein I. commentatur Noster in verba: *Im Anfang* i. e. In Principio. L. II. in verba *hat Geschaffen* i. e. creavit. L. III. in vocem *Götter* i. e. Dei, secutus hebraicum אלהים. L. IV. in vocem *Wasser* i. e. Aqua; sic enim hebraicum מים interpretatur.